

dirigat, iubere ut eruantur oculi eius. Et Rex: Quando inquit, tam insignem xyrotopographum invenire valebitis? Punc illi videntes Regis clementiam, suaserunt ut in Diomedis insula, quæ à tribus montibus, premite dicitur, cum exiliaret: factumque est ita. Sed post parvum tempus, homunculus quidam eum inde extrahens, Beneventum perduxit. Quem Arichis suscipiens, eum honorifice retinuit. A quo Palatium infra Beneventum, et aliud in Salerno constructum, veribus decorari fecit. Indeque Capini montis habitacula repetens, Monachus est factus. Ad quem prefatus Carolus litteras matrici compositas à Roma mittere studuit, ita.

Hinc celer egrediens facili mea Charta volatu
Per silvas, colles, valles quoque, præpete, curva
Alma Deo cari Benedicti tecta require.

Est nam certa quies fessis venientibus illuc.

Hic olus hospitibus, piscis, hic panis abundans,

Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia Fratrum.

Laus, amor, & cultus Christi simul omnibus horis,

Sic Patri, & fociis cunctis: Salvete, valete.

Colla mei Pauli gaudendo amplectere dulcis,

Dicens multoties: Salve Pater optime, salve

Nainrad Abbas S. Vincentij presuit annis 3. mensibus 10. M^o 4^o Nonas Novembrio, anno ab Incarnatione Domini 780. Indictione 3^o

Nainrad Abb. VIII.
mensis An: 700.

Poto Abbas S. Vincentij presuit annis 2. mensibus 6. diebus 20. M^o 10. Kal: Maij, anno ab Incarnatione Domini 783. Indictione 6^o

Poto Abb. IX. mensis
An: 703.

Paulus Abbas S. Vincentij. Hic edificavit in eodem Monasterio Ecclesiam S. Mariæ juxta flumen, quæ minor vocabatur. Et quoniam hoc tempore altercatio orta fuerit ab hominibus ville Puitensi. Circa in fines Balvenoes quam Rex Desiderius donaverat canobio S. Vincentij pro utilitate Monachorum: ideoque relatio causæ istius clementissimo Imperatore Carolo ab eodem domno Abbate Paulo ostensa est. Cujus precibus idem Imperator inveniens, direxit illuc Nigros suos Riomum, et Agilbertum, qui rei hujus veritatem invenirent secundum justitiam legis. Quæ autem isti inventa, et in conspectu Imperatoris relecta, et præteritis ad memoriam relecta, illorum manibus sunt descripta: hinc quoque à nobis inter cetera sunt admixta.

Paulg Abb. X.